



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Monvmenta Paderbornensia

Ferdinand <II., Paderborn, Bischof>

Paderbornae, 1669

5. Grande.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11425

bros in loca munita se recepisse inveniret, Suevos autem ad auxili-
um his ferendum coire, intra vigesimum diem regressus est. De se-
cundo idem lib. 40. Inde quoque maturè metu Suevorum sere-
cepit, nullà re perfectà, quām quod gloriā Rhēni alterā vice tra-
jecti reportavit: De Druso Flor. l. 4. c. 12. memorat. Prete-
re in tutelam provinciarum, præsidia, atque custodias ubique di-
sposuit, per Mosam flumen, per Albim, per Visurgim. Nam per Rhe-
ni quidem ripam quinquaginta amplius castella direxit. Nullum
dubium quin per Lupiam & Amisium eadem disposuerit;
verūm Alisone excepto, proprius illorum locus, nomen &
initium ignota, incerta & dubia. Quia, ut Dio lib. 56. in hi-
storijs nulla eorum fit mentio.

5. G R A N D E. De magnitudine Alisonis fortè
quis dubitabit, atque ex nomine castelli, quo à Tacito &
Dione appellatur, parvæ rei specimen animo effinget. Ve-
rūm grande opus fuisse usus ejus à Dione lib. 56. occasione
Varianæ cladis, quam statim subjungit, descriptus, & veteris
situs vestigia manifestè demonstrant. *Loca*, inquit, quedam
*Germania & Romanii tenebant, non simul, sed ut forte subacta fue-
rant hinc inde, unde in historijs eorum nulla fit mentio.* Ijs in locis
*Romani milites hiberna habebant, urbes condebant, eorum mores
jam barbari accipiebant, in forum conveniebant, congressusque
cum ijs pacatos habebant. Ingens igitur opus Aliso fuit; quia
exiguum nec valde magnum, præsidio adversùs validissimas
gentes in medijs eorum finibus, sed gravissimorum bello-
rum, castris, civitati, tribunali & foro frequentissimo, quale
Alisone fuisse, ex Vellejo, Floro, & Dione colligitur, & spa-
tio, quod à vico Elsen ad confluentes Lupiæ & Almæ ul-
trâque protenditur, implendo nequaquam sufficere potuit.*

6. Q V O

